

Theocritus(?) viii. 53–56:

53 ME. μή μοι γὰν Πέλοπος, μή μοι Κροίσεια τάλαντα
 εἶη ἔχειν, μηδὲ πρόσθε θέειν ἀνέμων
 55 ἄλλ' ὑπὸ τῆ πέτρα τᾷδ' ἄσομαι, ἀγκάς ἔχων τυ,
 σύννομα μῆλ', ἔσορῶν τὰν Σικελᾶν ἐς ἄλα.

sic in codicibus leguntur versus 55–56 (praeterquam quod Cholmeley *μᾶλ'* in *μῆλ'* correxit¹⁾), quos versus alii aliter aggressi sunt viri docti, quippe qui verba tradita pro corruptis duxerint²⁾. at ego aliter. nam hoc loco opus est interpretatione, non emendatione. non est profecto animadversum (quod sciam) *σύννομα μῆλ'* ex *ἄσομαι* pendere (“cantabo meas compascentes oves”); quae constructio notior est quam ut exempla afferam necesse sit. sed fortasse dicit aliquis “quid? re vera de ovibus suis cantat Menalcas?” postquam Daphnis tetrastichon canit (vv. 57–60), Menalcas redit sic pergens (vv. 63–70):

φείδεν τᾶν ἐρίφων, φείδεν, λύκε, τᾶν τοκάδων μεν,
 μηδ' ἀδίκει μ', ὅτι μικκὸς ἐὼν πολλαῖσιν ὀμαρτέω.
 ὃ Λάμπουρε κύον, οὕτω βαθῆς ὕπνος ἔχει τυ;
 οὐ χροῖ κοιμᾶσθαι βαθέως σὺν παιδι νέμοντα.
 ταὶ δ' ὄϊες, μηδ' ὕμμες ὀκνεῖθ' ἀπαλᾶς κορέσασθαι
 ποίας· οὐτὶ καμείσθ' ὄκκα πάλιν ἄδε φήηται.
 σίττα νέμεσθε νέμεσθε, τὰ δ' οὐθῆατα πλήσαστε πᾶσαι,
 ὡς τὸ μὲν ὄρνες ἔχωντι, τὸ δ' ἐς ταλάρως ἀποθῶμαι.

en habes, lector amice, exemplum talis “carminis ovilli”³⁾ (cf. etiam vv. 35, 45).

quod superest, poeta noster Theoc. xi 17–18 respexisse videtur: *καθεξόμενος δ' ἐπὶ πέτρας / ὑψηλᾶς ἐς πόντον ὄρῶν ἄειδε τοιαῦτα*. nemo certe non videbit quam mirabiliter hi duo loci inter se respondeant: *καθεξόμενος ἐπὶ πέτρας ὑψηλᾶς* = *ὑπὸ τῆ πέτρα τᾷδ'*, *ἐς πόντον ὄρῶν* = *ἔσορῶν τὰν Σικελᾶν ἐς ἄλα*, *ἄειδε τοιαῦτα* = *ἄσομαι ... σύννομα μῆλ'*.

Cantabrigiae, Mass.

Robert Renehan

1) interpunctio autem verborum, quam in v. 56 dedi, mea est.

2) cf. A.S.F. Gow *Theocritus* I, app. crit. ad v. 46; II. 179 (ad vv. 55 sq.), 582.

3) quod ad vim vocabuli *μῆλον* (quod vocabulum et “oves” et “capros” amplectitur), cf. Gow, II. 170–171, 180.